

**Dissertatio inauguralis medico-practica pertractans apoplexiam / auctore  
Seraphico A. Schüttengruber.**

**Contributors**

Schüttengruber, Seraphicus A.  
Das Josephinum (Vienna, Austria)

**Publication/Creation**

Vindobonae : Typis Congregationis Mechitaristicae, 1838.

**Persistent URL**

<https://wellcomecollection.org/works/fcpusheb>

**License and attribution**

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.



Wellcome Collection  
183 Euston Road  
London NW1 2BE UK  
T +44 (0)20 7611 8722  
E [library@wellcomecollection.org](mailto:library@wellcomecollection.org)  
<https://wellcomecollection.org>

APOPLEXY.



4-1341/B

/SCH



# K. u. k. Militär-ärztliche Bibliothek

Standort	Zimmer		Katalog	Abth.	
	Kasten			Gruppe	
	L. Nr.			Nr.	








# DISSERTATIO

INAUGURALIS MEDICO - PRACTICA

PERTRACTANS

# APOPLEXIAM.



AUCTORE

*Seraphico A. Schüttengruber,*

MEDICINAE ET CHIRURGIAE DOCTORE, OPHTHALMIATRICES ET  
ARTIS OBSTETRICIAE MAGISTRO, C. R. MEDICO CASTRENSI  
SUPERIORI.



---

**VINDOBONAE,**

TYPIS CONGREGATIONIS MECHITARISTICAE;

**1838.**



Quibus sanis dolores derepente fiunt in capite , et statim muti evadunt, et stertunt, in septem pereunt diebus, nisi febris eos prehenderit.

*Hipprocrates, aph. 5, sectio VI.*

Unabsehbar ist das Feld, und mit jedem neuen Morgen vermehrt sich in selbem das Plus der Erfahrung.



347735



**MAGNIFICO**

**ILLUSTRISSIMO AC CELEBERRIMO**

**DOMINO DOMINO**

**STEPHANO EMANUELI**

**Schroff,**

**ARTIS MEDICAE DOCTORI; CAESAREO-REGIAE APOSTOLICA  
CAE MAJESTATIS CONSILIARIO; STATUS MILITARIS MEDICO  
SUPREMI ORDINIS; PRAXEOS MEDICAE, PATHOLOGIAE  
ET THERAPIAE SPECIALIS IN ACADEMIA CAES. REG. MEDICO  
CHIRURG. JOSEPHINA PROFESSORI PUBLICO ORDINARIO;  
PERENNIS DELEGATIONIS REI MEDICAE CASTRENSIS  
ASESSORI; INCLYTAE FACULTATIS MEDICAE  
VIENNENSIS SODALI ETC. ETC.**



**V I R O**  
SCIENTIA, ARTE, EXPERIENTIA,  
NEC NON  
ANIMI CELSITATE PROBITATEQUE CANDIDISSIMA  
AEQUE INSIGNI,  
CLARISSIMO, CELEBRATISSIMO  
**PRAECEPTORI**  
DIGNISSIMO CLEMENTISSIMOQUE,  
**DE SE OPTIME MERITO**  
TAMQUAM ANIMI GRATISSIMI SINCERIQUE CULTUS MONU-  
MENTUM, PIA CUM DEVOTIONE HOC SPECIMEN  
INAUCURALE OFFERT AC CONSECRAT

gratissimus ac devinctissimus  
Discipulus  
***Seraphicus Schüttengruber.***

**Spectabilis, Generose Domine!**

***Vir Illustrissime ac Magnifice!***

**Q**uod anxius petere praesumsi, **Tu Magnifice!** illico clementissime indulgisti — veniam scilicet gratiamque mihi largitus es, coronandi primitias has studiorum meorum, arae Aesculapii sacratae imponendas, **Nomine Tuo**, litteratos inter cunctos longe lateque notissimo.

Cordis mei fibrillae omnes, perinde amoenissimis dulcissimisque vivificatae sensationibus, **Tibi** praesentibus grates, pro gratia **Tua** insigni rependant maxumas, rependantque semper!

Longe absit, ut lingua haesitante enumerem beneficia tot tantaque, quibuscum tam larga me cumulasti manu. **Tu Men-**



tor, **Tu** Maecenas, **Tu** lumen fuisti mihi  
benignum.

Sit propterea, intime rogo, ipsissimum  
hoc opusculum, monumentum aeviternum  
meae summae erga **Te** observantiae et  
gratitudinis! Sit autem—hoc denuo rogo—  
sit etet tessera mihi **Tuae** futurae erga  
me benevolentiae, **Tuique** perennantis fa-  
voris! **Tuo** celeberrimo Nomini, **Tuo** cel-  
sissimo patrocinio, me studiaque mea et in  
posterum humillime commendo

**Magnificentiae Tuae**

gratissimus ac devinctissimus discipulus

**Seraphicus Schüttengruber.**



***Lecturis Salutem plurimam dicit  
auctor!***

**M**ulta quidem et varia juvenili — in fronte hujus libelli, animo obversabantur themata meo, quae ad mentem legis altae, qua primitias studiorum meorum templo Hygieae imponere in votis habui; ast temporis angustia et praecipue experientiae omnigeræ adhuc defectus ac inopia, manum jamjam extensam, saepe saepius, a tabula remove coëgere.

Post plures ausus atque deliberationes, aggressus sum tandem, ex vasto medicinae campo, thema inauguralis dissertationis meae „**Apoplexiam**“ et quidem ideo, cum praeprimis mihi, hunc morbum, morbos humanos inter haud postremum, saepius in hujate nosodochio civ. universali observandi fuisset occasio ac (quod fateri minime erubesco) libri etiam, in elucubratione thematis hujus non defuissent classici. Interim tamen, non tam effrons sum, ut propterea has pagellas, opus habere haberive existimem



ex parte omni perfectum — minime — solum primulas  
quasdam studii medicinalis eas censeo censerique fla-  
gito enixe — ac hanc ob causam censoribus omneis  
in mentem etiam vocare audeo egregium illud Poë-  
tae antiqui **Ovidii** :

„Ut desint vires, tamen est laudanda voluntas” !

## Denominatio.

**A**poplexia, Theoplegia, Apilepsis; Graecis: Ἀποπληξία, Ἀποπληξις, Ἀποπλεκτικὸν νοσημα ex απο et πλεσσω percutio, ferio; Anglis: Apoplexy; Hollandis: Poplesye, Geraaktheid, Handgods; Gallis: Apoplexie, coup d'apoplexie, apoplexie fourdroyante; Italis: apoplessia, colpo gratiola, percossa accidente; Aegyptis: nylsbred i. e. fluxio frigida; Bohemis: Mrtvice Ruka Božj; Polonis: apoplexya; Russis Пocr-  
фaб; Germanis: Schlag, Schlagfluss.

Hippocrates divus nominavit: aphoniam; Celsus, morbum attonitum, resolutionem; Scribon Largus et alii siderationem (intellexere nempe morbos, subito homines invadentes, causatos a siderum influxu). Nicolaus Piso intellexit: repentinam, ad nervos fluentis potentiae, omnisque animalis functionis privationem. Hoffmann et Morgagnius nominavere: Haemorrhagiam cerebralem.

## Definitio.

Apoplexia consistit in subitanea sensuum tam in- quam externorum privatione, motuum a voluntate dependentium abolitione, (paucis, in suspensa cerebri functione), manentibus functionibus vitalibus, respiratione difficili, lenta, — cordis, arteriarum vibratione debili quidem, ita ut ferme deficere videatur, superstitie thermogenesi.



**Morgagnius** <sup>1)</sup> intellexit, velocem, repentinam cerebri imminutionem intimorum, ex cerebro manantium, ita ut proxime ad cessationem accedat, aut in illam transeat. **P. Frank** <sup>2)</sup> apoplexiam et paralysem pro uno, eodemve declarat malo, nonnisi gradu, et sede causarum diverso, cum una ex alia nascatur, nominat ergo apoplexiam „Cerebri paralysem.” Dignissimus hujus temporis scholae medicae Vindobonensis professor p. t. nobilis **F. ab Hildenbrand** <sup>3)</sup> illam propriam adynamiae modificationem, et subitanam omnium sensuum et motuum voluntariorum abolitionem, persistentibus functionibus, respiratione, pulsu cordis et arteriarum.

### **Distinctio ab aliis morbis.**

Si medico, ad aegrum vocato ac consultato, pristina vivendi ratio, et status ignotus est, facillime confundi posset, cum sequentibus deviationibus pathicis: Caro — Lethargo — Lipopsychia — Syncope — Ephialte — Morbo herculeo — Catalepsia, — Rhembasmo — summo ebrietatis gradu — et injuriis diversis traumaticis.

A Caro <sup>4)</sup> distinguitur, quod hicce morbus pedetentim evolvitur, respiratio quieta, placida, difficilis tamen, aeger dormit oculis semiclausis, difficulter aut plane non excitabilis, receptivitas incitamentis consuetis arduae movetur, nonnquam copulatus et hicce morbus cum febris.

A Lethargo, (levior cari gradus), hic aeger quidem excitabilis, alloquutus vero, aut plane non, aut inconcinna respondet, statimque relabitur in scenam pristinam. Coniunctus hic status cum summo debilitatis gradu, et febris depascenti.

<sup>1)</sup> De sede et causa morbi, epistola II. n. s.

<sup>2)</sup> Kleine Schriften prakt. Inhaltes.

<sup>3)</sup> Ex praelectionibus.

<sup>4)</sup> Schmalz; Diagnostik.



A Lipopsychia, hic clara idearum repraesentatio quidem abolita est, et functiones organico vitales minutae, perstat tamen respiratio et pulsatio, sed admodum debilis.

A Syncope (altior lipopsychiae gradus) hic conscientia ex integro evanida, thermogenesis deficit animalis, respiratio vix sensibilis, unda haesitat sanguinis.

Ab Ephialte, (epilepsia nocturna, pnigamone), quae deviatio pathica dormientes quosdam invadit, atque se prodit: respirii difficultate, cum peculiari ponderis, oppressio- nis, et constrictionis sensu in pectore et praecordiis, cum summa suffocationis anxietate et metu; accedit: respiratio plus minus impedita, sanguis lente circulat per pulmones, (hinc ista depicta phaenomena) expergefacti quacumque ratione, sese admodum delassatos dicunt, conquaerunt de cephaloponia; — palpitat cor, tremunt arteriae, signa in apoplexiae deficientia.

A Morbo herculeo, hic spasmi adsunt tonici et clonici, facies cernitur turgida, oculi protrusi, pollicum inversio, os spumans, stridor auditur dentium, borborygmi foetentes, observantur involuntariae urinarum, seminis, et alvi depletiones, pulsatio perstat, membra omnia contracta, quae in apoplexia flaccida, paralytica sunt.

A Catalepsia <sup>1)</sup>, hic et nonnunquam paroxysmi observantur, invasio subito fit, aut et antecedunt prodromi, aeger hic subito immobilis evadit, membra flexibilia manent, et cereae adinstar impressiones, in quas aut pondus proprium, aut externa vis illa posuit, fideliter custodiunt. Si sensatio adest, solum in cordis scrobiculo.

A Rhembasmo (hynosi, biomagnetica), de die invadit suos, aeger dormit quiete, sermones nequaquam interruptos aut inconcinnos; imo ingeniosos et peracutos hinc inde pronunciat; motitationes observantur frequentes.

---

<sup>1)</sup> Schmalz; Diagnostik.



A summo ebrietatis gradu (ubi nempe ebrii sensu motuque destituti jacent, (et nec ullo expurgificari valent incitamento) discrepat: facie turgida, rubra, imo rubro - caerulea, oculis splendentibus, paululum protrusis, foetore summi spirituosus, aut ipsa, materiei Bacchum redolentis, ejectione, paralyseos absentia.

Ab injuriis traumaticis: hic medicum praegressa noxia, cranii exploratio, physiognomia, pupilla, quantitas et qualitas pulsum, in diagnoscendo certissime ducunt. — Uebrigens soll, nach P. Schönlein's <sup>1)</sup> Erfahrungen, der Schlagfluss bei weitem nicht so häufig seyn, als man wähnt, und er fand, dass die Mehrzahl der an Apoplexie zu Grunde gegangenen, nicht an Apoplexie — sondern an Gehirn-Erweichung, Herz- und Aorten-Zerreissung umkam.

### **Hypotyposis.**

Summi momenti est, prodromos, morbum instantem significantes, noscere; nam justa illorum notione medico possibile erit, rudimenta semet evolventis morbi devastare, intranti praecavere, aut ejus saltem atrocitatem ac vehementiam mitigare.

Prodromi itaque, qui nonnunquam horis, imo mensibus praecedunt, circiter sunt sequentes: Cephaloponia ferme semper perstans, scotodynia, sub forma et gradu diversa, apparet dolor capitis gravativus, pulsatorius, aut omne obsidens encephalon, aut solum hemicephalon, oscitatio frequens, imo et singultus, magna proclivitas in somnum, qui summe inquietus, non reficiens, phantasmatibus ac somniis anxiis interruptus est, auditur Rhonchus, persentitur sensus oppletionis et pressionis in pectore, in capite. Thermogenesis totius corporis, et imprimis capitis adaucta, vi-

---

<sup>1)</sup> P. Schoenlein's Tractat der Haemorr. cer. pag. 77.



brant carotides, sensus ex- et interni vario luduntur modo, labitur memoria, labitur phantasia pro- et reproductiva, mentis haesitant operationes, in momento tum ideam prolaturus, in eo ipso momento Lethe traditur, hebescit et visus, adest interdium amplyopia, imo amaurosis, (mouches volantes), myiodesopsia, chromatopsia, photopsia transitoria, objecta, nebula obvoluta nigra, in aeterno rotantia gyro observantur et obversantur, animadvertuntur scintillae, fulgurationes, quasi si cubile illuminatum esset, aurium intrat syrigmus, gingritus, obruitur otalgia, barycoia subitanea, motus linguae difficilior redditur, alienatur et vox, loquela balbutiens, difficilis intellectu, verba difficulter proferuntur, deglutio modo concessa modo impedita, maxilla inferior inscio aegro saepius movetur, praeprimis tales observantur motus, tum recte ideas prolaturus, respiratio tarda, dyspnoica, stertorosa, profunda, abdomen indolens, persaepe vexatur passionibus hypochondriacis, adest hinc inde nausea, terminans in veram interdium emesim, ejecta ipsa biliosa, urinae diversi coloris, in extremitatibus sensus caloris minuti et formicationis intolerabilis, ponderisque persentitur, intrant pareses et paralyses musculorum, praeprimis faciei, motus omnis redditur difficilis, pulsus duri, densi, pleni, rari, magni (cephalici).

Duratio prodromorum indeterminata. Interdum, (uti jam commemoravi) horis, mensibus, imo et annis observantur, antequam insultus ipse in lucem veniat apoplecticus; interdum plane non patent, uti in individuo summe disposito, et si causae occasionales cito et subito agunt. Si ergo praedicti praecessere prodromi, si intensitate lucrantur, si cito pedisequim sese sequuntur, tunc medicus insultum instantem certissime divinare valet.



## D i v i s i o.

Hippocrates <sup>1)</sup> apoplexiam in *fortem* et *levem* subdiviserat, quae divisio etiam in Nicolai Pisonis <sup>2)</sup> opere invenitur, quae in diagnosi parum plus ad prognosim et therapiam confert.

Galenus <sup>3)</sup> quatuor agnoscit apoplexiae gradus, quippe *levissimam*, *levem*, *validam* et *validissimam*; divisio quidem laudabilis, difficillime tamen eruenda. Sic Portal <sup>4)</sup> viginti assumit species.

Stark <sup>5)</sup> sex assumit apoplexiae species, utpote: *apoplexiam sanguinolentam*, *apop.* ab *acrimonia*, — *apop.* a *transpiratione suppressa*, *apop. metastaticam*, *apop. nervosam*, et *apoplexiam consensualem* seu *symptomaticam*.

Asseclae Brownii <sup>6)</sup> assumunt *sthenicam* et *asthenicam*.

Sprengel <sup>7)</sup> tres assumit species; nempe: *apop. nervosam*, *apop.* ab humorum *versus caput congerie* et *apop. consensualem*.

Dreysig <sup>8)</sup> duas statuit species: cum caractere *synochae* et *paralyseos*.

Alii in *universalem*, *particularem*, *idiopathicam*, *sympathicam*.

<sup>1)</sup> Aph. s. II.

<sup>2)</sup> De cog. et cur. praecipue internis humani corporis morbis. Francof. 1585.

<sup>3)</sup> Galeni; Pergam. opera.

<sup>4)</sup> Observations sur la nature et le traitement de l'apoplexie. Paris 1811.

<sup>5)</sup> Klinische Bemerkungen.

<sup>6)</sup> John Brown's System der Heilkunde; übers. aus dem Engl. von Pfaff. Kopenhagen S. 125. §. 200.

<sup>7)</sup> Pathol. III, Bd. p. 198.

<sup>8)</sup> Pag. 444.



Stoll <sup>1)</sup> observavit etet *apoplexiam periodicam*, quae certis horis et diebus redivit, ubi aeger omni tertio nycthemero passus est insultum apoplecticum (forsan fuit febris typica, sub schemate apoplexiae incedens).

Recentiores dividunt in *cerebralem* — *spinalem* — et *abdominalem*.

Nob. ab Hildenbrand in praelectionibus suis, tres assumit species, sic quoque Heker.

Secundum nobilem ab Raimann <sup>2)</sup> duae assumuntur species, pro praxi summi momenti, nempe: *Apop. a virium suppressione*, et *a virium debilitate*, sive *Apop. sanguinolenta* et *nervosa*, omissa serosa (et jure; nam firme vix cognoscenda, et in tractamine nullum palpabile discrimen a sanguinolenta).

Nach Copland und Cruveilhier <sup>3)</sup> gibt es zwei Eintheilungen: 1. Eintheilung der Apoplexie nach der Heftigkeit des Anfalles, in:

- a) Apoplexia fulminans (Apoplexia foudroyante),
- b) Apoplexia exquisita;
- c) Apoplexia imperfecta, Parapoplexia.

Die 2. Eintheilung der Apoplexie in Bezug auf die organischen Veränderungen im Kopfe, aus denen sie hervorgeht, in:

- a) einfache (primäre) Apoplexie.
- b) allmählig zunehmende oder verschlimmernde.
- c) Apoplexie mit Paralyse complicirt, und
- d) Apoplexie, beginnend mit Paralyse, die nach einem unbestimmten Zeitraume, mit einen complete apoplectischen Anfalle endet.

---

<sup>1)</sup> Ratio med. pars. 3.

<sup>2)</sup> Tomus II. p. 529.

<sup>3)</sup> Handbuch der spec. Path. und Ther. nach den Erfahrungen der bewährtesten Aerzte unserer Zeit. Berl. 1838.



## Aetiologia.

Duo dantur momenta, morbum producentia, nempe: proëgumenon et procatacticum. Priori adnumerantur:

1. Peculiaris corporis architectura, sic dicta *apoplectica*, quae a genitoribus ad soboles propagatur, quo fit, ut saepe plures ex una eademque familia, in certo vitae cyclo, e medio viventium removeantur. Talem eminentem architecturam designant: caput grande, magnum, quasi quadratum, (vierschröttig), frons valde prominens, collum breve, pingue, admodum crassum, mentum ferme superiori thoracis insidens parti, ita, ut caput trunco absque collo impositum videatur. Corpus integrum pastosum est, brachia brevia, ardue ad encephalon ducenda, statura brevis, compages organica firma, haematopoësis lauta, summa in polysarciam proclivitas, talesque saepe saepius, congestionibus, dino, epistaxi laborant, et somno, indeterminato invaduntur tempore.

Nach den neuern Untersuchungen, vorzüglich eines Morgagni (nämlich in Bezug des kurzen Halses) soll bei der schlagflüssigen Architektur ein oder der andere Halswirbel fehlen <sup>1)</sup>).

2. Temperamentum, apoplexiae favens, sanguineum est et cholericum, quia vitae processus multo alacrior.

3. Aetas huicce morbo favens, est protracta (40—60) quod jam Hippocrates <sup>2)</sup> affirmavit. Aetas infantilis et juvenilis, (excepta evolutionis periodo. e. g. in dentitionis processu, ubi natura humorum adfluxum versus encephalon dirigit), rarissime ab apoplexia plectitur.

4. Sexus, praeprimis masculinus, proclivitatem exhibet notabiliorem, sexu femineo; causa verosimiliter, quia

---

<sup>1)</sup> Univ. Lex. der prakt. M. u. Ch. II. B. S. 88.

<sup>2)</sup> Aphor. sel. VI. 27.



nimia sanguinis moles: per fluxum istum criticum, catamenialem oeconomiae aufertur animali, dein vires psychés, parum aut plane non exercent. Obvenit, et tamen etiam in femellis, praesertim tempore potentiatae organorum sexualium functionis, (uti sub graviditate, partu, puerperio). E contrario encephalomalacia crebrius observatur in femellis. In Bezug der Frequenz, ist, nach P. Schönlein, das Verhältniss zwischen Männer und Frauen = 3:1.

5. Vitia varia organica, sanguinis circulum prohibentia, ejusque torrentem versus encephalon vim dirigentia, uti: curvationes diversae columnae vertebralis (lordosis, cyphosis, scoliosis), in cujus gratiam spatium minuitur pectoris, et organa in libera impediuntur expansione, hypertrophiae organorum thoracis, cordis, ejus enormis magnitudo, extensiones vasorum majorum aneurismaticae, struma magna, bronchia, infarcta, hydrothorax, hydrocardia, morbi pulmonum pituitosi, praesertim in senibus; quod jam pulchre denotavit Hippocrates, dicens: „Τοιςι δε πρεσβυτησι, δυσπνοιαι, καταρροι, στραγγουριαι, δυσουριαι, νεφριτιδες, αποπληξιαι <sup>1)</sup>,” pulmonum deflectiones in massam tuberculosam, eorumque concretio cum pleura costali, aut cum pericardio, aut diaphragmate, aut singulorum lobulorum inter se, inflammationes eorum gliscentes, suppuratione finientes. Non praetervidendum mala cranii configuratio, exstoses, praeprimis introrsum, coalitio suturarum, durae matris aucta crassities, et emphraxes organorum abdominalium. Haec breviter essent proëgumena *apop. sanguineae*.

In Bezug auf greise Personen sagt Boërhaave <sup>2)</sup> Folgendes: „Catarrhalische, frostige, verschleimte, blasse, und zu Geschwülsten geneigte Personen, sind sehr oft den Schlagflüssen ausgesetzt. Man kann es bei solchen oft mit

---

<sup>1)</sup> i. e. senibus autem spirandi difficultas, catarrhi tussiculosi, stranguriae, dysuriae, nephritides, inde apoplexia.

<sup>2)</sup> Univ. Lex. S. 91.



Gewissheit voraussagen, 'dass sie davon befallen werden müssen, wenn man sie träge, so schläfrig, so stumpfsinnig einherschreiten sieht, so, dass sie sich nur mit Mühe von der Stelle bewegen, wenn sie zittern, im Schlafe tief schnarchen, über Alpdrücken klagen, ihre Augen trüb, geschwollen, stets nässend und verdunkelt aussehen, wenn sie oft Schleim brechen, an Schwindel leiden, bei der sachtsten Bewegung von Dyspnoe befallen werden, und wenn endlich die Nasenflügel wie eingefallen und mit einer zähen, klebrigen Materie angefüllt sind."

Dispositionem in *apoplexiam nervosam* excollunt: debilitas nervosa; sive congenita, sive acquisita, e. g. per meditationes, studia protracta, vigilias, aut per alia latices nobilissimos organismo evehencia; uti hoc in haemorrhagiis (diversis) exhaustantibus, aut immodica spermatis ejaculatione videri fas est. Talis debilitas etet observatur, post partum protractum, difficilem; post insultum epilepsiae vehementem.

Posteriori adnumerantur:

1. Peculiaris aëris atmospherici constitutio; praecipue tempestas frigido-humida, nebulosa, tempestas cito varians, venti, procellae frigidae, uti: Auster - Boreas vicissim flantes, + electricitatis. Praeterea tempus praeprius vernale aut autumnale, tempus Aequinoctii. Nach P. Schönlein <sup>1)</sup>, besonders das Frühlings-Aequinoctium; weil die Wärme Expansion des Luftdruckes setzt. Weikard <sup>2)</sup> frequentissime observavit mensibus Januario, Februario, Septembri et Octobri. In genere dicere valemus *semestre hyemale, sanguinolentae: vernale et aestivale favere nervosae*. Hinc in scriptis antiquorum et recentium, tam creber sermo, de apoplexia epi-, imo endemica <sup>3)</sup>.

<sup>1)</sup> Hae. cereb. S. 78.

<sup>2)</sup> Vermischte Schrift. S. 292.

<sup>3)</sup> *Agathias* de bello Gothico in Hugo Grotii hist. p. 568. — In *Metzg.* v. Schriften S. 82. Dieser Auctor will selbst einen en-



2. Omnia, quae sanguinem versus encephalon vehunt, et sic congestionem et sanguinis rarefactionem producant, uti sunt: labores et exercitia exhaustientia somatica, affectus animi extollentes et nimie deprimentes, equitatio contra ventum, saltus, Bacchus, omnia, tam universali, quam topicae plethorae faventia, insuper victus admodum raffinatus, culina galica, Venus furens (hinc saepe sub actu plures succumbunt) nixus diversi sub alvi resecutione, sub partu, flatus instrumentorum, insolatio, incautus balneorum usus, usus et hypnoticorum, effluvia foidinarum, puteorum, speluncarum, aliaque mephitica. Summo jure etet huc referri possunt, mechanice agentia, circulo sanguinis obstacula ponentia, uti: vestimenta corpus arcte cingentia, collipendia, thoracula, zonae, bracciae abdomen conquassantes.

3. Adflecciones metastaticae, enatae ex se- et excretionibus suppressis, sive adsuetis, sive normalibus. e. g. si fluxus catamenialis, lochialis, haemorrhoidalis, aut blenorhoea (diversi generis) subito supprimitur, si ulcera, sudores pedum, arthritis, impetigines, incaute repelluntur.

4. Laesiones diversae cranii, commotiones cerebri, contusiones, fracturae ossium, fissurae, contrafissurae.

5. Frigus tandem et aestus vehemens, citissime varians.

In den Lex.<sup>1)</sup> der ges. pr. M. u. Ch. liest man, dass bei der franz. Invasion, fast die Meisten, auf den Eisfeldern von Moskau, in Folge des Schlagflusses starben.

So sah Hasler, nach dem hastigen Trinken einer grossen Quantität kalten Wassers; Weikart, aus dem schnellen Uebergange aus einen warmen Zimmer in die

---

demischen beobachtet haben, er scheint besonders tiefliegender, und solcher Gegenden Eigenthum zu seyn, wo das Wechselfieber haust.

<sup>1)</sup> S. 90.



Kälte; Jahn, nach dem unvorsichtigen Gebrauch der Douche- und Staubbäder, und Fried. Hoffmann, nach dem Abnehmen einer Perücke, Schlagfluss entstehen <sup>1)</sup>).

Et tandem

6. Irritamenta gastrica diversa, tractum intestinale infarciunt, circulationem liberam inhibentia (hinc sic dicta *apoplexia gastrica seu consensualis*. Respectu nominatorum, id supermanet adhuc commemorandum, quod, initio ob humorum adfluxum, vasa superfundunt cerebralia, extensa (vasa) cerebrum mechanice offendunt (comprimunt) sic ejus functionem suspendunt; commercium in organa conscientiae, et nervos, sensibus et motui prospicientes ex integro aufertur, quin necesse, ut sanguis e vasis stillet cerebralibus.

### Causa proxima.

Essentia seu natura arduè perscrutanda, quia de cerebri functione, parum notum. Hippocrates <sup>2)</sup> putavit, apoplexiam tunc evolvi, si calor aut frigus intensum influit in cerebrum, aut si obruitur ab immensa bilis copia. Galen <sup>3)</sup> et alii, ab infarctu cerebri et exinde sublato commercio inter cerebrum et reliquum corpus causam derivant proximam. Dimmerbrök <sup>4)</sup> essentiam statuit, in impedito aetheris nervosi fluxu. Analogam ferme ideam alit Hildesheim <sup>5)</sup>; Burserius <sup>6)</sup> in sublata harmonia inter substantiam corticalem et medullarem essentiam inventam putavit. Tunc causa proxima, in haemostasi credebatur; ast, persaepe autopsia cadaverum, sententiam

---

<sup>1)</sup> Richter's spec. Th. 8. B. S. 612.

<sup>2)</sup> Aphor. select.

<sup>3)</sup> Galeni Pergam. Oper. MDLXII.

<sup>4)</sup> De morbis capitis et thorac. Traj. ad Rhenum 1664, p. 100.

<sup>5)</sup> De cerebri et cap. morbis int. spicileg. Francof. 1618, p. 501.

<sup>6)</sup> Inst. T. II. §. 75, p. 59.



hancce statutam vacillantem invenit, cum persaepe nec levissimum sanguinis, aut fluidi alius inveniatur vestigium. Alii etet spasmus assumunt cerebri. Morgagnius <sup>1)</sup> rationem proximam in sublata functione posuit. F. Burdach <sup>2)</sup> apoplexiam considerat, qua paralyticum sensorii communis statum. Weikart <sup>3)</sup> causam proximam in humoribus retentis acribus, eorumque putredine; Brownius <sup>4)</sup> ejusque asseclae in directa aut indirecta asthenia. Comes Rinaldo Carli <sup>5)</sup>, hyper - electricitatem pro causa assumit proxima; Sprengel <sup>6)</sup> initium nervorum: et assumit, quod ganglia impressionem factam, ultro non propagent.

Nach Cruveilhier <sup>7)</sup> (Dictionaire universel de medicine pratique), besteht das Wesen der Apoplexie in einer spontanen Haemorrhagie des Gehirns, die sich unter zwei, wohl von einander zu unterscheidende Arten darstellt. Bei der ersten Art ist mitten in der zerrissenen Hirn-Substanz ein Depot von Blut, ein wirklicher Blutheerd (foyer sanguin); bei der zweiten ist eine Infiltration in der Hirn-Substanz; erstere entspricht der gewöhnlich genannten Apoplexie, letztere der in neuerer Zeit entdeckten Gehirnerweichung (Ramollissement du cerveau).

His rite servatis elucet, naturam, seu rationem proximam: in cerebri nervorum, sensibus et motu|dicatorum

<sup>1)</sup> Epist. II. art. 5.

<sup>2)</sup> Die Lehre vom Schlagflusse, seine Natur, Erkenntniss, Verhütung und Heilart. Leipzig 1806. S. 22.

<sup>3)</sup> Vermischte med. Schriften I. B. S. 83.

<sup>4)</sup> John Brown; System der Heilkunde, übersetzt von Pfaff. Kopenh. S. 126.

<sup>5)</sup> In Weigels med. chir. Bibl. IV Bde.

<sup>6)</sup> Pathologie, 3 B. §. 338.

<sup>7)</sup> Handbuch der speciell. Path. und Therapie nach den Erfahrungen der bewährtesten Aerzte unserer Zeit. Berlin, 1. Band, S. 289.



latere paralysi, invecta, aut per suppressionem, aut per debilitatem.

## Diagnosis.

Ex numeratis morbi symptomatibus, Diagnosis non tam difficulter eruenda foret. Adtentendum ergo, si quis, inter dormientes, alto captus est sopore, ephialte, aut dentium stridore; si indeterminato tempore obruitur somno; si cephaloponia, cephalalgia, sine insufficienti et sat nota causa, jam diu infestat aegrum; si nausea imo et emesis ipsa, absque colluvie intrat gastrica; si memoria, quae tenax fuit, repente labitur; si mentis hebescunt operationes; si sensus labuntur externi; si fulguratio, obnubilatio, caligo, maculae muscarum adinstar (mouches volantes) obversantur oculis, quin amauroseos antecesserat suspicio; si adnata laete rubet oculorum; si sponte prorumpunt lacrymae; si quis, nec alcoholico aut alio hypnotico, temulentus, legendo ab linea deflectit; si literae aut syllabae evanescunt integrae; si susurrus, tinnitus, bombus obstrepat auribus, si lingua balbutire incipit; si verba tardius, inperspicua proferuntur; si alloquutus sermones edit imperfectos et incongruos; si anguli oris, et musculorum faciei, flexiones distorquentur; si angor incredibilis, et timor inconsuetus, insuper accedit; si dysphagia intrat; si tactus evadit obtusior; si manus antea velox tremere incipit; si incessus difficilior redditur; si pedes et imprimis genua vacillant; si intolerabilis in istis persentitur pruritus et formicationis sensus: tunc medicus circumspectus, hostem minantem certe vaticinabitur, certe diagnoscet; haec inquit *Burserius* <sup>1)</sup> „si non omnia, saltem aliqua, obveniant necesse est, ubi apoplexiae accessus praevideri possint.”

---

<sup>1)</sup> Instit. med. pract. *Joan. Bapt. Burserii* a *Kanilfeld.*



Sub insultu ipso apoplectico, phaenomena diversa, secundum speciei diversitatem. Qua commune, harum specierum jure assumi valent, pulsus sic dicti cephalici, scotodynia summa, ferme semper perstans, physiognomia defigurata, somnus admodum profundus, inquietus, non reficiens, animi indispositio.

Insultus ipse *apoplecticus sanguineus* sese manifestat: subita conscientiae, sensationis, et motus abolitione, manente respiratione et circulatione; aeger prosternitur in terram, trunco parum curvato; (si sub forma hemiplegiae apparet, in latus plerumque paralyticum), extremitates frigent, rigent, e contrario tegmenta faciei et capitis calent, imo et ardent, arteriae faciei, colli vehementer oscillant, palpebrae oedematose infarciuntur, oculi quasi vitrei, tetri, nonnunquam in gyrum rotantur, protunduntur, pulsatio et respiratio per aliquot cessat momenta, ast mox revertitur, fit quoad tempus, analoga pulsibus; nempe: lenta, profunda, stertorosa, ore aut hianti aut spastice contracto; ex ore aër vehementer efflatur (uti e syringe); animadvertitur singultus, suspiria frequentia, ex oris angulis effluit saliva mucosa aut spumans, pulsus evadunt intermittentes, tardi, tensi, duri, (verosimiliter ob viam mutatam) urinae, faeces deponuntur involuntarie, in facie rubenti, calenti, sudores observantur largi, viscidii.

Insultus *apoplecticus nervosus* (Brownii asthenicus, imaterialis seu convulsivus) cognoscitur ex individualitate, architectura. Invasionem secundum A. Boërhaave denotant: cephalalgia intensa, anxietas summa, sensus fornicationis ad frontem, tensionis in nucha, languoris in extremitatibus, tremunt labia, tremunt extremitates, tremunt et integrum corpus, lingua saepius involuntarie movetur, intrat vomitus spasticus, stridor dentium, lypothimia, pallet, imo flavet facies, accuminantur nares, totus obtutus fit hippocraticus, physiognomia sudore obtegitur frigido, oculi elanguent, vitrei adinstar, collabuntur in orbitam, palpebrae ferme semper clauduntur spastice, thermogene-



sis totius corporis infra normalem, urinarum et alvi excretio, inscio aegro contingit, pulsus commemorati, solum qualitate adhuc a priori specie deflectunt; sunt intermittentes, parvi, vix percipiendi, respiratio lenta, placida, absque omni stertore, membra omnia resoluta, totus adspectus vere cadaverosus. Haec esset circiter imago brevis harum specierum.

### **N e c r o s c o p i a .**

Autopsia cadaverum, hocce morbo trucidatorum, nonnunquam parum, nonnunquam multum praebet visibilis, prouti nempe organica (materialis) aut vere dynamica, (immaterialis) in causa fuit adfectio. Nihilominus tantum abest, ut omnes organorum, a tramite normali deviationes, in cadavere inventae, qua causae apoplexiae sufficientes, sint respectandae. Maxime cavendum tamen, ne productum, i. e. effectus morbi, cum causa confundatur apoplexiae.

Dissecto cadavere, primo: tegmenta capitis, uti et calvarion sanguine sat scatent copioso. Interna facies calvarii sulcos et foveolas exhibet profundas, glandulae Pacchionii, admodum volumine adauctae, rutillant, vasa omnia, praecipue meningum, cerebri, cerebelli, ventriculorum, ipsius medullae oblongatae sanguine infarcta sunt, meninges inter se, aut cum interna calvarii facie, conjunctae et incrassatae, osteogenesis saepe palpabilis. Inter cerebrum et meninges sanguis, aut serum reperitur collectum.

Detexit et sectio pathologica imo ulcera et abscessus, pus, imo et hydatites. Plexus choroidei, interdum visuntur tumidi, itidem et glandula pituitosa, cerebrum flaccidius<sup>1)</sup>, aut ultra normam durum, laceratum interdum, punctulis sanguinolentis, crebrius notatum, extirpato cerebro, in cranii fundo, magna saepe seri et sanguinis reperitur mo-

---

<sup>1)</sup> Stoll l. c. Vol. V. p. 199. Bang und Wepfer. Diese fanden oft die Gehirn - Substanz weich, breiartig, so dass es beim Zerschneiden mit dem Messer zerfloss.



les, et eviscerato capite, effluit sanguis sat large e canali vertebrali. Hae abnormitates, non solum ad cerebrum et ejus involucra, tam ex-quam interna concentratae visuntur, sed diffusae, propagatae et per integrum organismum. Venae jugulares, et omnia colli vasa, quasi injecta, aperto thorace, creberrime concretiones pulmonum inter se, cum pleura costali, cum pericardio, aut diaphragmate, chondrogeneses saepe notabiles, visuntur et aneurismaticae vasorum dilatationes <sup>1)</sup>, ossificationes valvularum <sup>2)</sup>, interna facies arteriarum (tunica intima) hinc inde rubet, cor saepe enorme, ventriculi cordis sanguine atro repleti, observantur. Abdomine aperto, viscera abdominalia volumina adaucta, emphractica explorantur, hinc vasa comprimuntur, ut saepe visum est, (Man fand oft die grossen Gefässstämme und in specie die aufsteigende Hohlader ganz plattgedrückt <sup>3)</sup>).

Cadavera in citam ruunt putredinem. Interdum autem, in cadaveribus apoplexia defunctorum, nihil invenitur ad ductorum ut. e. g. in apoplexia nervosa, aut in illis, sub schemate febris intermittentis malignae, e medio viventium vocatis.

## V a t i c i n a t i o.

Generalia circa prognosim.

Refertur ad morbos summe periculosos, quoniam princeps pars diu non tollit fortes affectiones, saepe jam prima invasio exstinguit vitam, quod jam divus affirmavit Hippocrates <sup>4)</sup>, ajens: „Impossibile est, solvere apoplexiam vehementem, debilem vero facile;” ferme eandem fovet opinionem cl. Celsus, dicens: „Is morbus (attonitus)

---

<sup>1)</sup> Morgagni 1. c. Ep. III. Nr. 26.

<sup>2)</sup> Filing in Hufeland's Journ. 15. B. S. 354.

<sup>3)</sup> Morgagni. ead. epist.

<sup>4)</sup> Aphorism. 42. s. II.



mediocris, vix sanatur, vehemens autem sanari non potest." Quos semel invasit morbus hicce, vix omni immunes, relinquit labe, quod etiam in libris Nicolai Pisonis<sup>1)</sup> egregie depictum legimus: „Qui ejusmodi periculum effugerunt, in diuturnum incidunt morbum, remanet resolutio aliquarum partium, vel ratio violata," et alio loco: „Et qui per omnia membra sunt, celeriter rapi solent: ac si correpti non sunt, diutius quidem veniunt—rarissime tamen ad sanitatem perveniunt, plerumque miserum trahunt spiritum, memoria quoque amissa."

Ne ergo insultus iste apoplecticus prima invasione sufflaminet, enecet vitam, necesse, ut mitis sit, seu moderatus, attamen proclivitas remanet summa, ita, ut levissima ansa, reiteratio evigilet insultus, qui multo vehementior priori, et omnem prophetiam multo magis obfuscet, uti e sententiis cl. P. Frank<sup>2)</sup> patet: „Se neminem cognovisse, qui a tertio, eoque exquisito hujus morbi insultu, non trucidatus fuisset." Spem tamen admittit Hippocrates „accedente febre," dissipat enim, ut Nic. Piso agit: „materiam morbificam" et ultro dicit: „quo magis, in genere, sopor, temulentia, spuma, respirandi et loquendi perdurat difficultas, eo minor spes." In genere ergo circa prognosim dici possumus: quo magis dispositio ista congenita adest, eo periculosior morbus, quo plures et vehementiores egerunt causae, quo minus earum refrenanda est actio, eo tristior statuenda foret prognosis.

Specialia circa prognosim.

(Aetas aegri, temperamentum, et stadium). Aetas alta, provectior, temperamentum mobile, cholericum, vaticinationem multo tristriorem admittunt, quam aetas juvenilis, et temperamentum iners, plegmaticum. Quo magis insultus extenditur, eo minorem fovere possumus spem, et si

---

<sup>1)</sup> De apop. p. 103.

<sup>2)</sup> Kleinere Schrift. med. prakt. Jnh. Wien 1801.



ista symptomata, septimo non mitiora evadunt die, aut mors morbo et vitae imponit finem aut varia in conspectum prodeunt mala posthuma, aegrum ad tumulum usque concomitantia.

(Apoplexiae character). Apoplexia sanguinea, in regula laetiozem admittit prophetiam, quam nervosa, quae ferme semper lethalis; quia ars in priori casu plus praestare valet, quam in casu posteriori. Levior insultus apoplecticus, saepius terminatur in paresim, paralysim musculorum, praesertim faciei, palpebrarum (ptosis para.) linguae, aesophagi, ventriculi, intestinorum, vesicae, gravior, terminatur plerumque in *ἡμιπλεγίαν*.

(Morbi gradus). Si apoplexia penitus hucdum non exculata, prognosis laeta; quia respectatis, et rite matureque oppugnatis prodromis, plenaria illius evolutio adhuc prosterni valet; faustior in mitiori apoplexiae invasione (in sic dicta parapoplexia) sub qua functiones vitales vix, aut parum abludunt a tramite recto, et ubi facultas sentiendi movendique parum adfecta; e contrario funestissima, in sic dicta, *exquisita*.

Reiteratio frequentior insultus, morbum denotat plenum, atrocem; partim, quia momenta cito subsequencia difficulter trucidare licet, partim, quia dispositio, quolibet novo intrante insultu, magis potentiatur. Complicatio cum febris (si febris jam prima intrat invasione) boni ominis; mali, si serius evolvitur, et caractere stipatur adynamico; tristissima, apoplexia, febris cuidam praegressae sese adjungens, quod amussim comprobatur typhus apoplecticus aut larvatus.

Tandem phaenomena nonnulla apoplexiam concomitantia, symbolam suam conferunt in constituenda prognosi. Si scilicet sensibilitas ex integro deficit, si sopor semper perstat, si lineamenta faciei elongantur (aspectus hippocraticus) si pupilla immobilis redditur, si respiratio admodum



difficilis, segnis stertore et rhonchis stipatur <sup>1)</sup>, si dysphagia adest plenaria, si emesis saepius revertitur, si thermogenesis minuitur, si sudores frigidi, viscerum, integram occupant, obtegunt corporis plagam, si pulsus evadunt filiiformes, sub digito explorante, evanescentes, si urinae pallidae, et invite deponuntur, tunc de aegri salute conclamatum.

## Terminationes.

### Transitus

1. In *sanitatem perfectam* rarus est — et tunc solum expectandus et praedicendus, si invasio mitis fuit, si mere in causa fuit procatarepticum, absque omni dispositione haereditaria, si causans apoplexiam, suo modo critice terminatur, si apoplexia sanguinea fuit, levis. Hac ratione, si ars solum levissime influit, crises saepe intrant solemnes, et sub earum prospero eventu, organa obruta pedisequim ad pristinum revertuntur statum, solvuntur paralyticae affectiones ordine anatomico, redit primo conscientia, lingua pristinam sibi vindicat agilitatem, regulatur loquela, redit mobilitas, primo in superioribus, tunc in inferioribus artubus, emelioratur quidpiam physiognomia; muscoli faciei tamen longiori tempore adhuc manent segnes, atque inertes, thermogenesis fit amoena, universalis, intrat saepe vomitus, qui tunc criticus nominandus, si materiae peccantes in viis primariis nidulantes ejiciuntur (secus mali ominis uti jam dictum). Urinarum excretio fit largior, urinae ipsae

---

<sup>1)</sup> Daher ist auch eine Apoplexie, welche mit Störung der Function der Respiration verbunden ist, als höchst gefährlich anzusehen; eine klinische Thatsache, welche schon dem Scharfblick eines Morgagni nicht entgangen, indem er sagt: „Respirationis majorem aut minorem, e naturali recessu praecipuam medicis normam esse, ad fortiores aut debiliores apoplexiae gradus constituendos. Univ. Lex. der pr. M. u. Ch. II. B. Seite 98.



hypostasim rubram sat copiosam gerentes, cernuntur, contingit saepe epistaxis, instantibus mensibus, catamenia, et in haemorrhoidariis, fluxus haemorrhoidalis.

2. In *morbos secundarios*, systema nervosum pro foco seligentes. Intrat videlicet: paraplegia, hemiplegia, pareses et paralyses, praesertim musculorum faciei, inde flexiones musculorum faciei vario alienantur modo, distorquetur os, unde continuum salivae stillicidium, resolvuntur et nervi reliqui, fit Pthōsis par. glossophlegia, amaurosis, anosmia, cophosis — porro et sphincteres, inde enuresis, ischuria par. prosternatur et psyches, in operationibus suis hebescit memoria, perdit vigore iudicium, ratiocinium, et phantasia depotentiatur, emergit stupiditas, idiotismus, melancholia, quandoque mania, vitia effecta, pseudomorphosi cerebri organica.

3. In *mortem* aut subitaneam, ubi nempe aeger, primae invasionis atrocitati statim succumbit, aut dies post paucos (3—4—14) subsequentem.

## T h e r a p i a

Jam ex symptomatibus, e modo insultus, e modo introitus, sponte fluit, therapiam discedere in *therapiam prophylacticam* et *therapeuticam*, posterior rursus diversa, pro speciei diversitate.

### Cura prophylactica.

Summi momenti ergo est, insultui praecavere, quoniam apoplexia jam formata, aut cum vitae ipsius strato, aut cum malis vix sanandis posthumis, copulata incedit. Homini- bus itaque architectura eminenti apoplectica affectis, aut qui plane jam unum alterumve exantlavere insultum, remedia suadenda sunt *prophylactica*.

In den Schriften der Vorzeit findet man eine Menge antiapoplectischer Wasser, Pulver und selbst empfohlene Amulete, wie die Wurzel von Verbascum mas, den 28. Juli,



vor Sonnenaufgang gepflückt, als Anhängsel am Halse getragen <sup>1)</sup>).

Vitam ergo omni intuitu vivant sobriam, suadendum cunctis apoplexiae candidatis. Victus sit illis digestu facilis, plus vegetabilis, ab omnibus, undam sanguinis intendentibus, ejus rarefactionem promoventibus, abstineat a ventriculo gravantibus, praeprimis a coena lauta, delicata.

A. Portal<sup>2)</sup> will die Bemerkung erfahren haben, dass zu Paris die Schlagflüsse weit seltener vorkommen, seitdem es Mode geworden, von schwelgerischen Abend-Mahlzeiten abzustehen.

Spirituosorum cautus usus, solum gracilioribus, depotentiatis, digestionem languida laborantibus concedendus, secus optimum potulentum sistit aqua; habitaculum sit amplum, siccum, aëre puro repletum.

Respectu psyches. Caveant a pathematibus valde excitantibus et deprimentibus, caveant a meditationibus, studiis protractis. Phantasia praeprimis venit regulanda, animus plus indifferens, aequabilis, hilaris suadendus. Motus modicus summopere conducit, praeprimis inertibus, polysarcia laborantibus, somnus in specie post pastum prohibendus. Non praetereunda insuper regulatio laudabilis mediorum, in sensus externos agentium. Vestitus corporis partem aliquam conquassans, refluxui sanguinis obstacula ponens, uti collaria diversa, thoracula, cingula, periscelides et. s. p. interdicendus.

Diaetetica strenue et prudenter servata, saepe jam sufficiunt, ut tollant morbi primordium. Saepe autem fit, ut his nulla inducatur emelioratio, imo subito ad culmen properet morbus, tunc quies concedenda. Collocetur hunc in scopum aeger ad dorsum in lectum, in conclavi, modice

<sup>1)</sup> W e p f e r histor. apoplect. p. 420.

<sup>2)</sup> Observations sur la nature et le traitement de l'apoplexie. Paris 1811.



illuminato et temperato (12 — 14° Réaum.) capite denudato, elevato, pedibus vero dimissis, probe tectis, obvolutis corporibus calidis. Sententia egregie in scriptis Thomsonii depicta. Nichts ist im Stande, bei Congestionen und Entzündungen innerer Organe, der Blutströmung eine andere Richtung zu geben, als die Einhüllung der Füße mit schlechten Wärmeleitern.

His rite perpensis, speciem eruere nitatur medicus rationalis, quem in finem aetatem aegri, temperamentum, genus vitae, causas morbi, statum virium, gradum, complicationem et compositionem adhuc ponderare debet. Summi momenti, praeter pulsum pathognomonicum, est physiognomia. Si ergo obtutus rubet, calet, si oculi quidpiam morbose splendent, rutillant, si carotides plus, quam in statu normali, digitum verberant tangentem, si pedes manusque frigere incipiunt, tunc praeter nominata diaetetica, pharmaca in auxilium vocanda 1) topicae sanguinis de tractiones, hirudines Nro. 20 — 30 ad processum mastoideum, tempora, scarificationes in nucha, capillitio, 2) conjunctim cum purgantibus, pediluvia acria, ex cineribus, sem. Sinap. nig., far., frictiones femorum, epithemata frigida, capiti imposita, imo et embrocationes caute adplicatae; etet balnea frigida (Douche, Staub, Sturzbäder) quorum

---

1) Schönl. Th. S. 80.

2) Hippocrates, Aretaeus und Morgagni rathen besonders blutige Schröpfköpfe, an das Hinterhaupt gesetzt, ein Rath, dem auch Cruveilhier beistimmt. Einige Aerzte wollen und loben besonders die bewirkte Blutung an der innern Fläche der Nasenlöcher, namentlich da, wo eine Epistaxis im Anzuge ist. Besonders gelobt findet man den Aderlass der Nasenschleimhaut im 1. Hefte der *Medicine clinique*, Jahrgang 1821. Das dazu gebräuchliche Instrument ist der Phlebotom, (*Phlébotome de la pituitaire*) es hat sehr grosse Aehnlichkeit mit dem verborgenen Steinschnittmesser (*Litholome caché*); mit diesem macht man einen Einschnitt in die memb. pit. der Nasenscheidewand.



magnam utilitatem conspiciendi, atque probandi, mihi ipsi occasio fuit data. Man hüthe sich jedoch, die Uebergiessungen so lange fortzusetzen, und die Temperatur des Kopfes zu sehr zu vermindern, denn leicht entsteht dann Hemiplegie, besonders wenn die Gefässthätigkeit ohne dem gering ist; hat man daher die Temperatur des Kopfes bis zum Normal-Grade depotenzirt, so reichen kalte Fomente hin. <sup>1)</sup>

In Hufeland's Enchiridion med. liest man. "In allen jenen Fällen, wo sich die oben angeführten Vorbothen ankündigten, und Zeichen von Vollblütigkeit damit verbunden waren, kenne ich kein grösseres Mittel zur Verhütung des Schlagflusses, und zur Erhaltung des Lebens als: öftere kühlende Abführmittel. Ich kann hier nicht genug das, zuerst von Kämpf gegen den Schwindel empfohlene, und nachher von mir unzähligemal bewährt gefundene Mittel anempfehlen; es ist Folgendes:

Rp.

Gumm Quajac.

Tart. lix. acid.

aa *semidrachmam*

M. exact. ut. f. p. aequab.

D. S. Abends beim Schlafengehen,  
einige Tage nach einander.

Nicht bloss gegen den Schwindel, sondern überhaupt als Praeservativ-Mittel gegen apoplectische Anfälle älterer Personen (wo so gern atonische Gicht mitwirkend ist,) habe ich dieses Mittel vortrefflich gefunden. Sind, was oft der Fall seyn dürfte, Haemorrhoidal-Congestionen zugegen, so setze ich noch 9 — 10 Gran Lac Sulphuris hinzu."

In Cruveilhiers und Copland's Tract. von der Apoplexie <sup>2)</sup> liest man: „Wichtig bei der praeservativen Be-

<sup>1)</sup> Handb. der spec. Path und Th. nach der Erf. d. bewährtesten Aerzte unserer Zeit. 1838. S. 302.

<sup>2)</sup> Im selben Werke. S. 317.



handlung sind noch ausser den allgemein gelobten Mitteln: Haarseile, (Culen) Blasenpflaster im Nacken gelegt, das Einreiben von Authenrieth's-Salbe, und in sehr verzweifelten Fällen grosse Fontanelle auf die Schwarte des Hinterhauptes."

### **Cura therapeutica.**

Si his adhibitis, morbi non intrat dijudicatio, tunc cura therapeutica in usum vocanda; versatur illa:

1. In eruendo et amovendo causantium,
2. In respectando characterem, et
3. In auferendis, aut saltem mitigandis causatorum effectuum sequelis.

I. Primum ergo est, indagare causas, easque amovere. Saepe per se, hoc jam sufficiens, ad morbum eradicandum, nonnunquam autem agens, ob brevem ejus durationem, aut ob alia circumstantia amoveri nequit, interdum, ob morbi atrocitatem, nullum restat tempus.

Si autem lentis properat passibus ad culmen, tunc in sequentia vergenda medici attentio:

a) Ad ingesta. Si hypnotica, narcotica acria invecta fuerint, tunc sopito versus encephalon sanguinis confluxu, emesim cuncta adhibenda sunt, (huc spectant praeparata Stibii, Zinci). Si emesis haec non subsequitur, ope vellicationis faucium aut syringis ab Röderer, Weiss, excitanda. Si autem invecta, jam in tractu nidulantur intestinali, tunc purgantia, vim narcoticam obtundentia vel neutralisantia (ut purgantia acidula, salina, clysmata cum aceto, oxymele) sunt adhibenda, ut eliminetur materia peccans. Similem sibi vindicat curam apoplexia, effecta a vaporibus irrespirabilibus, (gas carbonicum) sub fermentationis processu generatum etc. hac solum admonitione, quod fortiora hic exhibeantur acida.

b) In apoplexia a colluvie gastrica (praesertim spirit.) itidem remedia emesim, catharsim promoventia, et



si in digestionis officina jam versantur, praeprimis secundum Jahn <sup>1)</sup> clysmata sunt suadenda, ex herba Gratiolae, insimul congestioni praecavendum.

c) Si apoplexia in gratiam alicujus suppressionis, e. g. fluxus diversi sive naturalis, sive habitualis, aut impetiginum, aut alius metastaseos, enata est, cura in eo tendat, ut iterum restituantur, et ad focum suum revocentur pristinum.

II. Indicatio secunda consistit in respectando characterem. Hinc uti jam ultro ex diagnosi elucet, cura duplex erit, prouti nempe, tractanda apoplexia sanguinea, aut nervosa. Distinctio haec, licet primo intuitu facilis videatur, in praxi saepe saepius maximis premitur difficultatibus, quam ob causam summa argutia, ne damnum inferatur, ubi juvandum.

A. Apoplexia sanguinea. Cerebrum hic, uti depictum, vel impetu torrenti vel mora premitur sanguinis. Hinc si vires non deficient, si solummodo suppressae jacent, sanguinis detractiones universales, remedium sistunt souverenum, efficacissimum; instituatur ergo phlebotomia in brachio, resoluta lateri opposito <sup>2)</sup> ad libram imo ad octodecim uncias, et si lente stillat sanguis, secatur statim et altera. Nec desunt, qui statim duas aperiunt venas, ut cito contingat cerebri revulsio. Attamen cautissimus sit medicus adstans, ne lethalis syncope, aegrum e medio tollat. Eadem et observanda cautela, in sectione venae jugularis; hic caveat chirurgus stringere collum, nam sub ligatura, vasa adhuc ditiora evadunt colli, et periculum rexis augetur. Nonnulli etet arteriotomiam (Art. temp.) suadent <sup>3)</sup> quod minus probandum, necessaria etenim est

<sup>1)</sup> Jahn Klinik der Chir. I. B. S. 374.

<sup>2)</sup> Aretaeus, de morbis ac. L. I. cap. 9. Valsava epistol. anat. 13. n. 17.

<sup>3)</sup> Weikart's vermischte Schriften, 2. B. p. 24. Callisen, System der neuesten Wundarzneikunde. 2. B. §. 469.



dexteritas summa, et praeter alia inamoena mala timenda ponit posthuma (uti aneurysmata). Venaesectio, quoties reiteranda, specialis docet casus, ubi plenitudo, durities pulsum, et sagax circumstantium respectatio, medico reiterandae sectionis praebent signa, tunc statim aut nonnullas post horas, altera instituenda; ast tamen necesse circumspectio summa, et si plures sectiones nullam jam inducunt emeliorationem, tunc plerumque de aegri salvatione actum, quae sententia in Celsi <sup>1)</sup> scriptis invenienda. „Si omnia resoluta sunt membra, detractio sanguinis vel liberat, vel occidit; — — — post sanguinis autem missionem, si non redit mens et motus, nil superest spei.”

Unum adhuc adjungendum venit, in apoplexia sanguinea, scilicet: nullum temperamentum, nullam corporis architecturam, directe sanguinis missioni obstare, pariter nec graviditas ipsa, contraindicationem facit, cum per hanc persaepe, non uti alii volunt, abortus acceleretur, imo potius praecaveatur.

In Hufeland's Enchiridion liest man trefflich beschrieben obige Sentenz. „Es sind mir Personen genug bekannt, die durch oftmalige Aderlässe, bis zum 80. Lebensjahre wiederholt, ihr Leben bis zu dieser hohen Altersstufe gefristet; und an einer andern Stelle fährt dieser grosse Arzt fort: „Ja das Alter ist oft alleinig Indication zum Aderlasse. Man denke beim Alter nicht bloss an Schwäche und an stärkende Mittel. Bei Personen von lebhaftem Temperamente, guter Körper-Constitution und lobenswürdiger Verdauung, dauert oft bis zum hohen Alter eine sehr lebhaft Sanguification fort, und die Blutmenge wird da oft erst gefährlich, indem durch die Verengerung des Lumens der Gefässe und durch die abnehmende Elasticität der Capillar-Gefässe, die gleichförmige Vertheilung der Blutmasse aufgehoben, und örtliche Blutanhäufungen nach dem Gehirn statt finden. Als Beispiel findet man: Ich habe einem Mann

<sup>1)</sup> Libr. III. capite 27. Nr. 80.



von 72 Jahren, blasser, hagerer Constitution, der vom Schlag getroffen, und der sprach- und sinnlos, mit bleichem Gesichte darniederlag, aber dabei einen vollen und harten Puls hatte, erst ein Pfund, und da dieses nichts half, und die Vene nichts gab, sogleich aus einer zweiten, am andern Arme, noch 14 Uncen abgezapft; also nach abgezapften 26 Uncen stellten sich Sprache, Besinnung und Schluckvermögen ein, und der Anfall der Apoplexie gieng glücklich vorbei."

In minuendam sanguinis molem, adplicantur etet hirudines off: praecipue in illis, ubi jam phlebotomia sat copiosa instituta, et ubi vires ad repetendam sectionem jam non sufficiunt. Adplicantur temporibus, emissariis Santorini, et si alicubi crisis expectatur in organi vicinitate e.g. pudendorum labiis, internae femoris faciei, perifemineo, in viris perineo. Idem valet de cucurbita cruenta et sicca, ea cum admonitione, quod cum sanguinis missione e brachio, (phlebotomia) iudice Morgagnio <sup>1)</sup> non comparari valeat, etiamsi tantopere defendatur ab Araeteo <sup>2)</sup>, dicente: „Cum morbus diu trahitur, et caput in causa est, cucurbita, occipiti affigenda est, et sanguis largiter hauriendus, plus enim quam venaesectio proficit, et vires nequaquam tam labefactantur."

Praeter sanguinis detractiones, epithemata frigida, capilitio imponantur raso. Adplicetur nempe ab initio, mere aqua frigida, pededentim fit transgressus ad glaciem, illa deficiente, ad fomenta sic dicta Schmukeriana. <sup>3)</sup> Per frigus compescitur nempe humorum orgasmus, humoribus impellentibus ponitur (ob dynamicam frigoris actionem) obstaculum, et si longiori adhibentur tempore, fervor egregie sopitur vitalis.

---

<sup>1)</sup> Epist. anatom. med. II. artic 10.

<sup>2)</sup> De morb. acut. curat. I. lib. cap. 4. Circa hac legas A. F. Walther de scarificatione occipitis.

<sup>3)</sup> Constat: ex 40. lib. Aquae com., duabus Aceti, 4. unc. Muriatis Amon., uncia Nitratis lix.



Itidem cum coronato eventu, femorum ligaturae, itidem et odora mitiora (nullatenus systema vasorum sanguiferorum ferentia) solum acetum, alia potius; in hac apoplexiae forma, in detrimentum.

Cum exoptato porro successu adhiberi solent et epispastica, revellentia, pediluvia acria, sinapismata, nunquam autem vesicantia, <sup>1)</sup> nam lubentissime noxias producunt sequelas, primo nempe ut agant, longius requiritur temporis spatium, deinde *Lytta vesicatoria*, et *Meloë proscarabaeus*, accerimo gaudet stimulo, quod ab vasis sorbentibus facillime absorbetur, circulo insinuatur sanguinis, fibras cordis, et vasorum sat vellicat, et hac ratione status plus potentiatur quam depotentiatur. Absit et ferrum candens, (cauterium actuale) quod nonnulli ad plantam pedis, vel volae insinuant manus, nam vix credibile, hocce cruciatu, quidquam effectum iri boni.

In curanda hujus apoplexiae specie, injiciantur et enemata, sic dicta trahentia, non calida, non acria, ne spasmus causetur fibrae muscularis intestinorum, nam secus sanguis versus encephalon propelleretur. Enemata sint salina, nitrosa, nunquam ut plurimi authorum suadent, *Tartratem lix. stib.* ob emesim facillime intrantem. Resoluto ani sphinctere, nonnulli suadent, enemata narcotico-vaporosa, (quod autem summa circumspectione) secus perfacile nervorum vita, eo ipso jam depotentiata exstingueretur, plus mihi adrideret illinitio olei *Crotonis*, in umbilici regionem.

Restituta hac ratione facultate deglutiendi, remedia adhibeantur interna, diluentia, humorum orgasmum compescentia, refrenantia, humores deorsum vehentia, absque ullo stimulo agentia, ut decocta solventia diversa, cum salibus neutris et sulphuricis.

---

<sup>1)</sup> Tissot epist. var. argum. ad Hallerum. pag, 65. Baglivi und Stoll verbannen Vesicantien in der Apoplexie gänzlich. Univ. Lex. S. 112. II. B.



Ut adhuc agam de *emeticiis*. Multi medicorum eorum usum relegant ex integro, praesente versus encephalon congestione, in quorum verba et ego juro, memor istius hominis hemiplegici, de quo Morgagnius <sup>1)</sup> narrat; qui sumto emetico, in apoplexiam universalem, cito lethiferam praecipitatus fuit. Respuendum etiam illorum, qui emetica ipsis largiuntur gravidis, apoplexia detentis. Absit attamen, longe absit, ut defendere vellem, nunquam in apoplexia adhibendum esse emeticum, fracta scilicet congestione, praesente colluvie gastrica, aut si unus post dapes, apoplexia corripitur, aut si ingesta sunt narcotica, aut narcotico-acria, ut Solam. lethale, Aconit. Strich. aut fungi venenati; tunc cum cel. Richter <sup>2)</sup> effectu vero divino. Si emesis ergo adest, praesente humorum orgasmo, abstineat medicus ab omnibus emeticis, et ne credat criticam ejus significationem, nam cerebro male adfecto, sympathice efficitur, ergo talis sopienda, ut P. Schönlein <sup>3)</sup> suadet, potione Riveri, aut pulvere aëriiformi, et potius clysmatibus hic succurendum.

Quod tandem attinet regimen diaeteticum, sub insultu observandum, curabit medicus, ut omnia amoveantur, obstaculum circulationi ponentia, ejusque torrentem impulsus versus encephalon dirigentia. Amoveantur ideo odoramenta omnia, (cubile et reliqua omnia, uti commemoratum) cibi si quidam desiderantur, caute, circumspectaque porrigantur manu, (saepius potius) apparatus antiphlogistico concordantes, potulentis utendum acidulo-frigidis. Nic. Piso. <sup>4)</sup> suadet: "Primis diebus inedia: deinde concedit cibos coctu faciles; potum praescribit hydromel, et oxymel."

B. In apoplexia nervosa, medicus omnem suam attentionem eo vertat, ut vires exhaustas, et ad finem pro-

<sup>1)</sup> Epist. anat. med. III. n. 4.

<sup>2)</sup> Richters sp. Th. 2. B. S. 109.

<sup>3)</sup> II. B. 81.

<sup>4)</sup> Tract. de apop. p. 105.



perantes erigat, atque conservet. Hinc cura coelo diversa, a praegressa: stimulantium, erigentium usus, e quorum penu, ob deglutitionis difficultatem, ea ab initio seliguntur, quae dosi jam exigua, magnos cient effectus, uti Succ. Amon. Aeth., Liq. anod. min. Hoff., Olea div. [aeth., Camph., Mosch. orient., Cast. Mosc., Flor. Zinc., imo in casu fatali etet Phosphorus. Si autem glutiendi facultas ex integro sublata esset, tunc salus in remediis esset quaerenda externis, velut in fomentis calidis stimulantibus, aromaticis, capiti imponendis (infusis vinosis e stimulantibus compositis) lotionibus frontis, temporum, spinae vertebralis, scrobiculi cordis, et extremitatum. Exhibeantur porro odoramenta volatilia, ut: Amonia. l. p. Naph. summa tamen cautela, et statim seponenda, intrante congestione — insimul et clysmata stimulantia adplicenter, et hunc in scopum denique cucurbitae siccae, capilitio tonso, nuchae, abdomini. A recentioribus medicis Galvanismus — Galvanodesmus, fluctus commendantur electrici, in erigendam vitam nervorum depressam, ast, quia vim ictuum electricorum, in vitam languentem, calculo metiri nequimus mathematico, et delitescens vitae flammula, facillime extinguí posset, hinc summa cum attentione et in casibus solum desperatis; (adhibitis nempe sine fructu nominatis prioribus) medicus rationalis potius, heroicum hocce, in morbos sanandos adplicabit posthumos.

Usus horum nominatorum etiam longiori fit tempore, et in convalescentia optime, si cum tonicis copulantur.

III. Tertiae et ultimae tandem satisfacimus indicationi, (nempe insultui praecavimus et mala sanavimus posthuma) si dispositionem et proclivitatem, pro posse, adminiculis, in prophylaxi splendidius expositis, tollere aut saltem minuere adnitimur. Organica in cerebro, aliorumque organorum vitia, medelam vix unquam concedunt. Adhiberi tamen valent, metamorphosim organicam alterantia, uti sunt: Merc. praep. Antim. stimulantia acria, Cicuta, Solam. leth. et ab omnibus ferme laudatum Aconit. Si aeger imperfecte resus-



citetur, non semper sibi praesens, si pervices incidit in soporem, si summe inquiete jacet manusque crebrius capiti insinuat, factum in cerebro extravasatum suspicari licet, quo in casu pharmaca, impulsu systematis lymphatici incitantia, uti nominata priora et insuper Arnica mont. <sup>1)</sup> Digit. purp. Hic revera locus, ubi vesicantia divino cum effecta adplicantur, et ubi inunctiones cum Ung. Neap. optime agunt. In dem Handbuch der spec. Path. und Ther. nach den Erfahr. d. b. Aerzte neuer Zeit <sup>2)</sup>, findet man: Wo man bei einem Anfalle Bluterguss oder Blut-Infiltration ins Gehirn vermuthet, kann man alle 2 Stunden folgenden Haustus geben.

Rp. Olei Ricin.

— Terebinth.

*aa drachmam semis — unam*

Tint. Caps. ann.

*guttas decem*

Olei Cajeput

*guttas quatuor*

Aquae Menth. pip.

*unciam semis*

M. D. — —

Numerosae tandem labes, ab invasione apoplectica progenitae, variam sibi conciliant therapiam. Omnium sunt frequentissimae pareses et paralyses. Quum vero exarctior ac profusior earum explanatio, limites dissertationis hujatis angustas, transgrediretur, sat si remedia, ultimis decenniis prospero cum eventu coronata, adjungam. Imprimi

---

<sup>1)</sup> Das beste Einsaugungsmittel, das ich mit dem herrlichsten Erfolg gekrönt sah, ist die Arnica mont. Selbst in Fomenten angewendet und auf die beschädigte Stelle nur  $\frac{1}{4}$  Stunde gelegt, so hebt es ohne Anwendung irgend eines andern Mittels, die vorhandene Krankheit. Dr. Moritz Müller, Archiv der homöop. Heilkunst. 3. Bd. 1. Heft. S. 45 — 47.

<sup>2)</sup> De usu Galvanismi in art. med. Jenae.



conducit Tinct. Colocyn. ab initio ad guttas decem usque quindecim, serius ad sex — usque septuaginta, in vehiculo justo; pulvis aut Extractum Rhois.. toxicodend. a quadrante grani parte usque ad grana quinque adscendendo. Nux vom. in ext. aquos. a grano ad quinque vel Alcaloid. ipsum (sic dicta Strichnina) a decima sexta unius parte grani, ad duodecimam partem. Si fides auctorum habenda est, hocce omnium optimum, sanari solent paralyses, omnibus resistentes.

Remedia tandem externa (quae praecipue quadrant, si pars aliqua externa correpta, paresi, paralysi) sunt: pridem nominata aromatica, fomenta, tenorem pristinum restituentia, epispastica, cauterium actuale, moxa, balnea e formicis rufis, urticatio ipsa, balnea insuper muriatica, maritima. B i s c h o f f <sup>2)</sup> laudat electricitatem. Eodem coronantur eventu persaepe balnea frigida et imbrocationes.

Die Douché (erst 6 — 8 Wochen nach dem Anfalle angewendet), sagt P. Schönlein <sup>1)</sup>, verdient bei apoplektischen Lähmungen vor allen innern und äussern Mitteln den Vorzug. Man muss sie jedoch mit einiger Vorsicht gebrauchen, nicht auf den Kopf, sondern auf die gelähmte Seite, anfangs nur 8 — 10 Min., bei Torpiden steigt man selbst über 20 Minuten hinaus, dann macht man eine Pause von 14 Tagen, und wiederholt dann die Bäder wieder, so lange man noch einigen Erfolg verspürt.

---

<sup>1)</sup> II. Bd. S. 81.





...the ... of ...  
...the ... of ...  
...the ... of ...  
...the ... of ...  
...the ... of ...  
...the ... of ...  
...the ... of ...  
...the ... of ...  
...the ... of ...  
...the ... of ...

...the ... of ...  
...the ... of ...  
...the ... of ...  
...the ... of ...  
...the ... of ...  
...the ... of ...  
...the ... of ...  
...the ... of ...  
...the ... of ...  
...the ... of ...

...the ... of ...  
...the ... of ...  
...the ... of ...  
...the ... of ...  
...the ... of ...  
...the ... of ...  
...the ... of ...  
...the ... of ...  
...the ... of ...  
...the ... of ...

...the ... of ...  
...the ... of ...  
...the ... of ...  
...the ... of ...  
...the ... of ...  
...the ... of ...  
...the ... of ...  
...the ... of ...  
...the ... of ...  
...the ... of ...

...the ... of ...  
...the ... of ...  
...the ... of ...  
...the ... of ...  
...the ... of ...  
...the ... of ...  
...the ... of ...  
...the ... of ...  
...the ... of ...  
...the ... of ...

















